

CODICUM CATALOGUS

MEDICEUS sive LAURENTIANUS xxxii. 9 membranaceus, saeculi xi, continens vii Aeschyli tragoedias; sed in Agam. desunt vv. 311-1066, 1160-1673, in Cho. fabulae initium (quot vv. exciderint incertum). librarii duo videntur fuisse; alter Pers. 1-705, alter cetera scripsit: argumenta Pers. et Prom. ab his praefixa.

Huius codicis manus secunda, eiusdem aetatis, textum correxit, omissa supplevit, Agam. Eum. Theb. argumenta, Agam. et Eum. dramatis personas scripsit, ad finem Vitam Aeschyli et fabularum catalogum subiecit, quibusdam locis coniecturas adscripsit. quaedam addiderunt vel mutaverunt manus recentiores, e quibus tres praesertim possunt distingui, duo saec. fortasse xiv, tertia recentior.

MARCIANUS 468 vel xci. 4 olim Bessarionis, chartaceus, saec. xiii, continens Prom. Theb. Agam.

FLORENTINUS sive LAURENTIANUS xxxi. 8 chartaceus, saec. xiv, continens Prom. Theb. Agam. Pers. Eum. (1-581, 645-777, 808-fin.).

FARNESIANUS I. E. 5 chartaceus, saec. xiv, continens eadem quae Fl. ex recensione Demetrii Triclinii, qui ipse creditur scripsisse.

VENETUS sive MARCIANUS 616 vel xci. 5 membranaceus, saec. xv, continens Aeschyli eadem quae Fl., nisi quod desunt Ag. 46-1094.

GUELFERBYTANUS 88 chartaceus, saec. xv, continens Agamemnonis eadem quae M, ceteras sex Aeschyli tragoedias. In Orestia et Supplicibus plerumque Mediceo similis, in Prom. Pers. Theb. saepe discrepat.

PARISINUS 2886 chartaceus, saec. xv, continens Aeschyli Prom. Pers. Theb. Eum. Suppl. Mediceo plerumque similis.

AUGUSTANUS sive MONACENSIS 546 chartaceus, saec. xvi, continens Eum. (576-fin.). Mediceo plerumque similis.

ESCORIALIS T. I. 15 chartaceus, saec. xvi, continens Aeschyli Supplices. Parisino et Mediceo similis.